

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

55. Do. 22. post Trin. de rege & seruo. Matt. 18.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

114 MEDITATIONES IN

nationibus futuri iudicij , purgatorij , & inferni , longè ardentior esse in exercitatio ne pietatis , omniumque bonorum op  
rum.

3. Dicit ei Iesus . Vade , filius tuus viniit . Condensq; regulus sermoni ibat ; & postquam obuiis seruis cognovit filium renatus esse eadu hora , credidit ipse & domus eius tota . Considera , te esse illum regulum ; quia regenda habes potentias animi tui internas & eternas , omniaque membra ut subsint Deo & rationi . Filius tuus est anima tua , quod dum lapsa est in peccatum mortale , aucti plui proxima est , mox clamare debes a Dominum , & si firmiter credideris , quo solo nutu te iuuare queat , non solum anima à peccato liberabitur , sed etiam gratiam consequere alios conuertendi .

DOMINICA' XXII. POST  
TRINIT.

De regenerationem ponente cum seruo.  
Matth. 18.

1. R ecuidam seruo suo , 10. millia talentum remisit , eo quod prociderit in terram dicens . Patientiam habe in me , & omnia redam tibi . Considera regem esse Christum ,

sc.

seruum esse quemuis hominē, quia à Deo  
creatus est, Christi sanguine redemptus, &  
in vineam vitæ præsentis conductus, ut  
Christo seruiat. Hic autem 10. millia taler  
ta debet, quando 10. præcepta transgredi  
tur, quia nullo modo homo satisfacere  
potest vel pro unius pœcepti transgressio  
ne, sed eger mera Christi regis misericor  
dā, quam cōsequetur, si ex parte sua humi  
lariſſe, pœnitētiam egerit, & proposverit  
emendationem. 2. cogita, quoties per re  
lapsum homo debitum illud decem mil  
lium talentorum renouarit, & tamen ex  
ineffabili misericordia Dei, nō dimidiat,  
sed integrum veniā impetrarit, quo adcul  
pæ offensam, & aliquando etiā quo ad pœ  
nam, dum fuit contritio vel iungentia  
plenaria pœnitentiæ coniuncta.

Ille seruus abiens, conserto suo debitum  
100. denariorum licet hic procidens rogasset  
pro patientia, non dimittit, sed in carcerem mi  
sit. Quo cognito rex tristes tradidit seruum  
suum tortoribus, nonc uniuersum debitum  
redderet. Considera, crudelitatem serui,  
nolentis dirittere debitum; cum hoc, né  
pe 10. coronatorum, nullum fuerit respe  
ctu prioris, quod erat 120. vasorum auri.  
ut discas, ic quoque crudelem fore, si

H 2 iniſſe

116 MEDITATIONES IN

iniuriam non remittas proximo , cum ha  
nulla sit, respectu iniuriæ per peccatum Deo  
facta . 2. Considera, quid mouere te debeat,  
ut libenter iniuriam illatam remittas pro  
ximo. primò, quia Deus præcepit diligi p  
ximum. 2. Dei longanimitas in tolerandis  
impiis & inimicis, donec se emendent, idq  
in annos multos. 3. quia efficeris hoc actu  
filius Dei. *Diligite*, inquit Christus, *inimi  
cos vestros*, & eritis filii altissimi. 3 perpende  
ingratitudine, iram Dei prouocari, & pa  
nas peccatorum augeri.

3. *Sic & Pater meus caelstis faciet vobis, si  
non remiseritis unusquisque fratri suo de cor  
dibus vestris.* Considera, quanti faciat Deus  
dilectionem proximi, quo ad condonatio  
nem iniuria, ut suam scilicet dilectionem  
& misericordiam ei neget, ac præterea in  
æternas flammæsum detrudat. 2. non suf  
ficere illi, ut ore tantum fiat remissio, sed  
ex corde, ut nullam aersionem sentiat in  
animo, nec recordetur amplius iniuriæ.

Nam etiam in vet. lege scriptum est.

*Rem. 19.  
Non quæres ultionem, nec memor  
eris iniuriæ ciuium  
tuorum.*

DO.